

167. die 27. mensis Octobris GEORGIUS HERMANNUS LEHNERT, Zittaviensis, tradita dissertatione egregia quae inscribitur: „Beobachtungen an Landplanarien“ et examine die 4. mensis Augusti 1890 magna cum laude superato.
168. die 29. mensis Octobris SALOMON FUNK, Hungarus, tradita dissertatione laudabili quae inscribitur: „Die haggadischen Elemente in den Homilien des Aphraates“ et examine die 31. mensis Iulii magna cum laude superato.
169. die 31. mensis Octobris ALEXIUS SCHLEIMER, Borussus, occidentalis ex oppido Mewe oriundus, tradita dissertatione idonea quae inscribitur: „Der Positivismus, eine kritische Studie“ et examine die 31. mensis Iulii cum laude superato.

Triginta septem candidatorum petitiones per idem tempus prosperum eventum non habuerunt.